

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Circa octauum Præceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39652**

Inbita vntantur, aut modo quodam proprietate ex inordinato affectu interiori. Et vniuersim quicunque pretium manusve aliquod accipit ratione officij, aut muneris, quod gratis exercere tenetur; aut si amplius accipiunt, quam à iusta lege sit constitutum: aut denique si lege illis sit prohibitum aliquod munus accipere, & tamen accipiunt.

AD hoc præceptum alia peccata reduci possunt furti spiritualis, ut si quis Deo gloriam auferat, sibi que illam præsuperbia aut inani gloria tribuat; & qui prodigit gratiam, charitatem, & spiritus diuitias ob alicuius mortalis peccati cupiditatem; & qui tempus, quod in Dei seruitio esset expendendum, leuiter & frustra consumit; negligitque debitum soluere, quod pro suis peccatis & gratitudine beneficiorum acceptorum debet.

### Circa octauum Præcep:um.

**P**RIMVM peccat cogitatione, qui temere de proximorum dictis & factis indicat, aut male de illis suspicatur, in peiorum partem, absque sufficienti causa, res eorum interpretando, aut interius alias fraudes contra eos machinando.

VERBO deinde peccat, qui falsum contra proximum dicit testimonium: & nominatim, si id faciat in iudicio accusando, denunciando, aut puniendo innocentem aut defendendo, & patrocinando reo; qui etiam tacet veritatem, ad quam manifestandam tenetur; aut respondet æquiuocè, ut Iudicem decipiatur. Et quicunque dicit perniciosum mendacium in detrimentum animæ, honoris, famæ proximi; & qui quod verum quidem, sed secretum erat, alijs manifestauit; aut si promisisset secretum se seruaturum: & qui delectatur audiendis detractionibus, & murmurationibus aliorum; aut eas non impedit, cum possit: & in ijs omnibus etiam peccatur, de quibus circa quintum præceptum diximus.

TERTIÒ peccatur contra hoc præceptum omnibus dolis & fictionibus, que tendunt ad proximum decipiendum: quales sunt hypocrisis, qua quis querit haberi Sanctus, adulaciones, blanditiæ, & promissiones, quæ ficto animo fuent inania & iocosa mendacia, facetiae, sales, scurrilitates, & omne genus otiosorum verborum.

DENIQVE peccat, qui se ipsum mentiendo infamat, etiam præ timore cruciatuum; aut verum quidē dicendo, sed sine necessitate, & in detrimentum sua familie, aut communitatis, in qua manet aut contraria, querendo ambitiosè honores nimios, & dignitates, quibus aut est indignus, aut prauis medijs, aut in aliorum detrimentum eas querit: usurpando sibi loca potiora, nec reverentiam debitam alijs exhibendo, nec receptos ciuitatis moris seruando.

### Munera.

#### 5. Spiritualis iniustitia.

#### 1. Praeum iudicium.

#### 2. Mendacium.

#### Secretum.

#### Detractione.

#### 3. Frides verborum.

#### 4. Se infamans aut eleuans.